

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5064

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Osbert, Rouen, Saint-Lô (prieur)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1156, 10 décembre

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien [IV] confirme les biens et les droits du prieuré Saint-Lô de Rouen (Bulle rédigée d'après celle d'Eugène III. Voir RAMACKERS, n° 29 et p. 178).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses priviléges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° VI, p. 292-294.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 92, p. 177-179.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2e éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 10220, t. 2, p. 121.

Texte établi d'après b

ADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS OSBERTO PRIORI SANCTI LAVDI DE ROTHOMAGO EIVSQVE FRA TRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Effectum iusta etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Dei timorem et beati Augustini regulam [i]lllic auctore domino institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur et nullus de cetero in eadem ecclesia nisi regularis canonicus statuatur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Brealtare cum ecclesia et decimis totius parochiae et forum in eadem villa, quod concessit Henricus rex Anglorum cum consuetudinibus, quas habent alia fora in Normannia, et feodum, quod tenebat Guillelmus de Brealtare de Guillelmo de Romara, Arclou cum ecclesia et molendino, vnam prebendam in Burdeneio cum ecclesia et molendino et duas partes decimae, quas tenebat Simon de Burdeneio in dominio suo in eadem parochia, duas partes decimae de Blouilla et Masnilleio et de Aqua pluta et de Escura, medietatem ecclesiae de Agon et cimiterii cum medietate decimae totius parochiae et medietatem ecclesie sancti Iohannis in Rothomago et decimas de feodo episcopi Baiocensis in Rothomago, in festiuitate sancti Laudi de domino Normanniæ unum ceruum et sex solidos in moneta, unum aprum in festiuitate sancti Rumpharrii et decimas quasdam in Rothomago. Decernimus ergo etc.,

salua nimirum apostolice sedis auctoritate et salua Constant[ie]nsis episcopi canonica iustitia et reuerentia, saluis etiam prebendis canonicorum secularium, qui adhuc in eadem ecclesia superstites esse noscuntur. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Adrianus ca[t]h[o]l[ice] ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.

† Ego Guido presb. card. tit. sancti Grisogoni ss.

† Ego Vbaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Iulius presb. card. tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Octauianus presb. card. tit. sancte Cecilie ss.

† Ego Henricus presb. card. tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Odo diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Guido diac. card. sancte Marie in porticu ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Ildebrandus diac. card. sancti Evstachii ss.

† Ego Odo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

Dat. Lat. per manum Rolandi presbiteri cardinalis et cancellarii IIII idus decembris, inductione V, anno dominice incarnationis M°.C°.LVI°, pontificatus uero domini Adriani pape quarti anno tertio.